*De contractibus servorum.*

2. Imp. ALEXANDER A. Callisto.

EX contractibus servorum, quamvis de peculio [1] duntaxat domini teneantur, de eo tamen, quod in rem eorum versum [2] est, vel cum institore ex causa cui præpositus fuit, contractum est: etiam in solidum conveniri posse dubium non est. PP. Kalend. Maji, ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

*De deposito.*

3. Idem A. Martiæ.

INstitoria tibi adversus eum actio competit, a quo servum mensæ præpositum dicis, si ejus negotii causa quod per eum exercebatur, depositam [3] pecuniam, nec redditam, potest probari. PP. Nonis Maji, AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

*De muliere.*

4. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Antigonæ.

ET [4] si a muliere [5] magister [6] navi præpositus fuerit, ex contractibus ejus ea exercitoria actione ad [7] similitudinem institoriæ tenetur. PP. 13. Kal. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

*Mandatum de mutua pecunia accipienda.*

5. Iidem AA. & CC. Caio.

SI mutuam pecuniam accipere a [te] Demetriano Domitianus mandavit, & hoc posse probare confidis, ad [8] exemplum institoriæ eundem [Domitianum] apud competentem judicem potes convenire. Dat. 4. Kal. Novemb. ipsis CC. CONSS. 294.

*De voluntate domini.*

6. Iidem AA. & CC. Onesimæ.

QUi secutus domini voluntatem, cum servo ipsius habuit contractum: ad instar [actionis] institoriæ recte in solidum [9] dominum convenit. Dat. 14. Decemb. CC. CONSS. 293.

## TIT. XXVI.

## QUOD CUM [10] EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICETUR; VEL DE PECULIO [11], SIVE QUOD JUSSU [12], AUT DE IN REM VERSO [13].

*De filiofam. tutore, vel curatore.*

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Ælio.

CUm filiusfamilias tutor [14] aut curator datur [15], pater tutelæ vel negotiorum gestorum judicio de peculio & de in rem verso conveniendus est. Quod si voluntate [16] ejus filius decurio sit creatus, & a magistratibus tutor constitutus, pater in solidum [17] satisfacere cogitur: cum id onus exemplo cæterorum munerum civilium introductum intelligatur. Dat. 7. Idib. Novemb. DEXTRO II. & PRISCO CONSS. 197.

*De filio, qui abstinuit hereditate paterna.*

2. Iidem AA. Annio.

EJus rei nomine, de qua cum filiofamilias contractum est, sive sua voluntate, sive ejus, in cujus potestate fuit, sive in peculium ipsius, sive in rem patris ea pecunia redacta est; si paterna hereditate abstinuit, actionem, nisi in [18] id, quod facere potest, non dari perpetui Edicti [19] interpretatione declaratum est. PP. 8. Kal. Decemb. DEXTRO II. & PRISCO CONSS. 197.

*De mutuo.*

3. Imp. ANTONINUS A. Artemoni.

ETiam si non mandante [20], neque jubente, neque subscribente [21] domina pecuniam mutuam servo Priscæ dediti, tamen ea quantitas si in rem dominæ ejus justis erogationibus versa est, de in rem verso apud suum judicem eam conveni: consecutorus secundum juris formam id quod tibi deberi appareret. Dat. 3. Kal. Jul. LÆTO & CEREALE CONSS. 216.

*De filio, qui abstinuit hereditate paterna.*

4. Idem A. Lucio.

SI ex contractu patris jussu [22] ejus mutuam pecuniam accepisti, teque ejus hereditate abstines, fruftra vereris, ne a creditoribus ejus conveniaris. Dat. 5. Kal. Jan. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

*De fidejussione.*

5. Imp. ALEXANDER A. Asclepiadi.

NUlla res prohibet filiosfamilias [23], si pro aliis [24] majores viginti quinque annis fidejusserint, actione competenti adversus eos teneri. Sed si duntaxat de peculio tecum agatur, defensionibus, si quæ tibi competunt, uteris. PP. 6. Id. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

*De habitatione a servo mutuum accipiente concessa.*

6. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Matrono.

SI servus tuus sine permissu tuo accepta pecunia mutua, *in [25] usurarum vicem habitandi facultatem* [creditori] concessit: nullo jure adversarius tuus hospitium [26] ex hac causa sibi vindicat: cum te servi factum non obligaverit, & ingrediens [27] rem tuam, contra vim ejus, auctoritate competentis judicis protegeris. Dat. 12. Kal. Jul. ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

*De mutuo.*

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Crescenti.

EI [28] qui servo alieno dat pecuniam mutuam, quamdiu supereft [29] servus, item post mortem [ejus] intra annum de peculio in dominum competere actionem: vel [30], si in [31] rem domini versa sit hæc quantitas, post annum etiam esse honorariam actionem, non est ambigui juris. Quapropter si quidem in rem domini pecunia versa est: heredes [32] ejus convenire potes de ea summa, quæ in rem ipsius processit. Si vero hoc probari non poterit: consequens est, ut superstite quidem servo dominum de peculio convenias: vel si jam servus rebus humanis exemptus est, vel distractus, seu manumissus, nec annus excessit; de peculio quondam adversus eum experiri possis. §. 1. Alioquin [33], si cum libero res ejus agente, cujus precibus meministi, contractum habuisti, & [34] ejus [35] personam elegisti: pervides contra dominum nullam te habuisse actionem, nisi vel in rem ejus pecunia processit, vel hunc contractum ratum [36] habuit. Dat. Non. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 287.

*Si pater mandavit, vel jussit, vel fidejussit.*

8. Iidem AA. & CC. Diogeni [37].

SI mandator [38] pro filio tuo extitisti, vel jussu tuo cum eo, quem in potestate tunc habuisti, contractum est: intelligis & forti & usuris te parere oportere, si te his omnibus obligasti, ut res, quæ pignoris jure detinentur, liberari possint. Quod si fidejussor creditæ pecuniæ intercessisti: teneri te ex ea obligatione, explorati juris est. Dat. 3. Kal. Maji, CC. CONSS. 293.

*De contractu filiisfam.*

9. Iidem AA. & CC. Isidoro.

SI ex [39] alio contractu, non ex illicita mutui datione debitor extitisti, vel quod patrem [40] tuum in fidem suscepisti: tam in patris positus potestate jure teneris, quam etiam morte genitoris tui juris effectus. Et si quidem patri heres extitisti, in solidum: alioquin, in quantum facere potes, secundum Edicti formam. Sed & si per emancipationem [41] tui [42] juris effectus es: similiter conveniri te posse, debes intelligere. Dat. 6. Idus April. *Byzantii*, CC. CONSS. 293.

*De venditione.*

10. Iidem AA. & CC. Diogeni & Aphrodisio.

SI [43] liberam [44] peculii administrationem habentes, equas de peculio cum fœtu servi vendiderunt, reprobandi contractum dominus nullam habet facultatem. Quod si non habentes liberam peculii administrationem, rem dominicam eo ignorante distraxerunt; neque dominium, quod [45] non habent, in alium transferre possunt, neque conditionem eorum servilem scientibus [emptoribus] possessionis justum afferunt initium. Unde non immerito, nec longi temporis præscriptionem hujusmodi possessoribus prodesse manifestum est. † Ideoque res mobiles ementes [a servo] etiam furti [46] actione tenentur. Dat. 5. Non. Octobr. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

*De contractu cum ancilla.*

11. Iidem AA. & CC. Attalo.

CUm ancilla [47] contrahenti (quam jure non obligari [posse] constat) adversus dominum in quantum locupletius [48] ejus peculium factum est, ea superstite, ac post mortem [ejus] intra utilem annum dandam actionem non ambigitur. Dat. Prid. Kal. Decemb. CC. CONSS. 293.

1 Peculio tenus domini obligantur ex servorum contractu. 2 *l. 1. §. b. t.*
3 Ex deposito facto apud institorem, tenetur institoria dominus. 4 *Synopf. Basil.*
§3. *tit. 1. cap.* 39. Cum exercitor aut magister (ναύκληρος Græcis) a muliere navi præpositus fuerit, si quid is deliquerit, tenetur ipse, non mulier. 2. Harm. 1. §. 8. ex contractu vero magistri, mulier teneri potest. *ut hic.* quia in res mulieris hic contrahit. *Scholiastes Synopf. Basil.* 18. *tit. 1. cap.* 13. § *l.* 1. §. 16. *ff. de exercitoria.* 6 Πεφυτευτής τῶν πεφυτευμάτων αὐτῆς, curator rerum ipsius mulieris. *Synopf. de loco. in prow. ff. de institoria.* 9 Vid. *l. 2. in fin. T. eod.* 8 *l.* 19.

10 *L.* 4. *Institi.* 7. & 14. *D.* 5. adde Oldendorp. *Class.* 4. *act.* 7. 11 §. 4. *Institi. quod cum eo. & L.* 15. *D.* 1. 2. 12 § 1. *Institi. quod cum eo.* 15. *D.* 4. 13 §. *alt. Institi. quod cum eo.* 15. *D.* 3. & 18. *Eclog.* 7. 14 Et decurio. *l.* 1. 3. *ne filius pro patre.* 15 V. Molinæus *ad l.* 1. *in princ. n.* 35. *ff. de verb. oblig.* Vitalis *tit.* 2. *variar. lect. c.* 26. Mod. 16 Secus si invito. *d. l.* 1. 17 Imo de peculio tantum, & de in rem verso. *l.* 3. §. *ult. ff. de pecul. l.* 1. *in fin. ff. de magistr. conven. l.* 2. §. *pomis. ff. ad municip.* Sed hic tacite tem pupilli salvam fore; ibi Rempublicam salvam fore tantum promisit. vide in hanc *ἀντινομίαν* Cujac. 13. *observat.* 34. 18 *l.* 2. *ff. b. t.*
*l.* 49. *ff. de re judicata.* 19 *d. l.* 2. 20 Paria sunt mandare, jubere, & subscribere. Hi enim perinde pariterque obligamur, paria sunt effectu; diversa, nomine. 21 Subscriptio vim habet mandati. *l.* 1. §. 4. *ff. quod jussu.* 22 Nudus minister annuncius, gerendo non obligatur. 23 Filiusfamilias major fidejubere potest pro alio. *l.* 3. §. 1. §. 8. 9. *ff. de peculio.* facit *l.* 39. *ff. de obligat.* 24 Quid si pro patre? Vid. *l.* 8. §. 1. *de fidejussoribus.* 25 De antichresi vid. *l.* 11. *l.* 14. *l.* 17. *J. de usuris.* *l.* 33. *ff. de pign. act. l.* 11. §. 1. *ff. de pign. & hypoth.* Cujac. 3. *obs.* 34. Goth. Antichresis jure civili permissa est, etiamsi fructus legitimum usurarum modum excedant, si modo inermis sit fruituum eventus. *l.* 17. *J. de usur.* aliis forsi imputandum, quod legitimum usurarum modum excedit. *arg. l.* 14. *J. de usur.* vid. Mornac. *ad l.* 14. *C. & l.* 26. *ff. eodem.* Ann. Robert. *rer. judicat. lib.* 2. *c.* 8. Joann. a Sande, *lib.* 3. *tit.* 12. *defin.* 10.
§. 1. Jure Canonico prohibita est. *cap. ad nostram.* 7. *extr. de jurejur. cap.* 1. *plures, cap.* 8.

*conquestus. de usuris.* Tessaur. *decis.* 78. Costal. *ad d. l.* 33. *ff. de pignor. act.* Borchelten *de usur. cap.* 6. *Ant.* 26 Servus in præjudicium domini, non transfert possessionem res ei dominicæ. 27 Missum in possessionem facto servi potest autorinter latos dominus expellere. 28 Qui servo alieno mutuum dat, superstite quidem servo perpetuo: post mortem servi, intra annum de peculio actionem habet. Quod si servus mutuum in rem domini vertit? perpetuo, hoc est etiam post mortem servi age creditor. *Synopf. Basil.* 18. *tit.* 2. *cap.* 11. 29 Id est, quamdiu vivit, *διστονεῖ*: id est, perpetuo. *Synopf. Basil.* 18. *tit.* 2. *cap.* 11. 30 Actio de peculio tenetur interdum annuta, interdum annum excedit, est perpetua quamdiu servus vivit: mortuo vero, alienato, vel manumisso, est annalis. adde *l.* 5. *J. ad SC. Macedoniam.* 31 *l.* 41. *in fin. ff. de pecul.* 32 Heredes tenentur de in rem verso. 33 Pars enim prior hujus legis de mutuo per servum accepto tractat. 34 Καὶ τῷ περὶ αὐτὸν τὸν φοιτοῦντα διαθεῖναι τοῦτο τοῦτο. & adfectione erga ipsum procuratorem mutuum dediti. *Synopf. ibid.* 35 In rem versione, & ratihabitione, mutuum nostro nomine factum conciliatur. *l.* 1. §. 6. *ff. quod jussu.* 36 Ratihabitione factum alienum nostrum facimus. *l.* 3. §. *de rei vindic. l.* 7. *J. ad SC. Macedon. l.* 1. *J. de usucap. pro empt. l.* 1. *J. de evict.* vid. *l.* 12. *in fin. ff. de solutionibus.* 37 Patri. 38 *l.* 1. §. 3. *ff. quod jussu.* 39 Filiusfamilias licite mutuatus vel fidejussione pro patre præstita, tam in potestate positus in latissimum tenetur, quam post mortem patris. Quod si heres scriptus est, rursus in solidum: sin minus, in quantum facere potest, tenetur. *Synopf. Basilic.* 18. *tit.* 2. *cap.* 13. 40 *l.* 8. *J. l.* 10. §. 1. *ff. de fidejussor. & mand.* 41 Vid. *l.* 2. §. *b. t.* 42 Liberi per emancipationem fiunt sui juris. vid. *l. ult. J. de emancipation.* 43 Liberam peculii administrationem servus qui habet, rem peculii vendere potest: fetus est in eo qui non habet: quippe is ne justum quidem possessionis initium adfert ei, qui in publico loco emit. Quod si res mobilis erat, etiam furti in duplum actio adversus emptorem competit. ita Graeci legem reddunt. *Syn. Basil. l.* 18. *tit.* 9. *c.* 13. Goth. Hæc est duodecima decisio ex 50. Justinian. vid. Ingleis. *Amf.* 19 Servus communis adquirit ei qui juste contrahit, non ei, cujus nomine adquisivit, & ita justus præsumit nominationi. vid. *l.* 5. *ff. de stipul. serv.* 20 Malitiis non est indulgendum. *l.* 38. *ff. de res vend. c. avaritiæ.* §. *de elect. in* 6. 21 Jussio non absimilis est nominationi: Hoc est, cum unus dominorum servum communem jubet suo, id est, jubentis nomi-



*An & quatenus dominus per servum obligetur.*

12. Iidem AA. & CC. Victori.

DOminum [1] per servum obligari non posse, ac tantum [2] de peculio (deducto scilicet quod naturaliter servus domino debet) ejus, creditoribus dari actionem, vel quid in rem ejus versum probetur, de in rem verso, Edicto perpetuo declaratur. Dat. 13. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

*Quod jussu.*

13. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Joanni P. P.

DOminos [3] ita constringi manifestum est actione prætoria [4], quæ appellatur, *Quod jussu*, si certam numerari præceperint servo, actorive pecuniam. Igitur [hac] in perpetuum edictali lege sancimus: Ut qui servo, colono [5], conductori, procuratori [actori] ve possessionis, pecuniam mutuam dat; sciat dominos possessionum, cultoresve terrarum obligari non posse. Neque familiares epistolas, quibus homines plerumque commendant [6] absentem, in id trahere convenit, ut pecuniam, quam rogatus non fuerat, impendisse pro prædiis mentiatur: cum nisi specialiter, *Ut pecuniam præstet*, a domino fuerit postulatus; idem dominus teneri non possit: Creditaque quantitate multari volumus creditores, si hujusmodi personis non jubente domino, nec fidejussoribus specialiter acceptis, fuerit credita pecunia. † Sane creditori damus licentiam: ut si liber [a] rationibus, quas gerebat, fuerit inventus actor servus procuratorve prædiorum; utilis actio pateat de peculio. Dat. 5. Idib. Jun. *Ravennæ*, HONORIO X. & THEODOSIO VI. AA. CONSS. 415.

## TIT. XXVII.

## PER [7] QUAS PERSONAS NOBIS ACQUIRATUR.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Marcellæ.

EXcepta [8] possessionis [9] causa, per [10] liberam personam, quæ alterius juri non est subdita, nihil acquiri possa, indubitati [11] juris est. Si igitur procurator non sibi, sed ei, cujus negotia administrabat, redintegratæ rei [12] vindicationem pactus est, idque pactum etiam stipulatio insequuta est, nulla domino obligatio acquisita est. Servis autem res traditæ, dominis acquiruntur. Dat. Kal. Jul. ipsis & CONSS.

*Quæsita personali sine cessione, similiter quæritur hypothecaria.* Bald.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

CUm per liberam personam, si pecunia alterius nomine fuerit numerata [13], acquiratur [quidem] ei [14], cujus nomine pecunia credita est, per hujusmodi numerationem condictio; non autem hypotheca, vel pignus eorum, quæ procuratori data, vel suppolita sunt, dominis contractus acquiritur: talem differentiam expellentes sancimus & condictionem [15], & hypothecariam actionem, vel pignus ipso [16] jure, & sine aliqua cessione ad dominum contractus pervenire. † Si enim procuratori [17] necessitas legibus imposita est, domino contractus cedere actionem, quare quemadmodum ab initio in personali actione cessio supervacua videbatur, non etiam in pignoribus, & hypothecis simili modo dominus contractus habeat hypothecariam actionem, seu pignoris vinculum, vel retentionem sibi acquisitam? Dat. Kal. Novemb. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

3. Idem A. Juliano P. P.

SI [18] duo, vel plures communem servum habeant, & unus ex his jusserit, *Ut suo nomine servus ab aliquo stipuletur decem* (puta) *aureos, vel aliam rem*: ipse autem servus non ejus, qui jussit, sed alterius ex dominis fuis fecit mentionem, & nomine illius stipulatus est: inter antiquam sapientiam quærebatur, cui acquiratur actio, vel lucrum, quod ex hac causa accidit? utrum ei, qui jussit, an ei, cujus servus fecit mentionem, an ambobus? Cumque ex omni latere magna pars auctorum multum effuderit tractatum: nobis verior eorum sententia videtur; qui domino, qui jussit [19], asserunt stipulationem, & ei tantummodo acquiri dixerunt; quam aliorum, qui in alias opiniones deferuntur: neque enim [20] malignitati fervorum indulgendum est, ut liceat eis, domini jussione contempta, sua libidine facere stipulationem, & ad alium dominum, qui eum forsitan corrupit, alienum lucrum transferre: quod neque ferendum est; si servus impius domino quidem, qui jussit, minime obediendum existimaverit, alii autem, qui forsitan ignorat, & nescit, repentinum adducat solatium. Quod enim sæpe apud antiquos dicebatur, *jussionem domini non esse absimilem nominationi*, tunc debet obtinere, cum servus jussus ab uno ex dominis stipulationem facere, sine nomine stipulatus est, tunc enim ei soli acquirit, qui jussit. Sin autem

1 Dominus suo nomine non obligatur, quum servus contraxit, sed actione de peculio tenetur, deducto foil. eo, quod naturaliter ei servus debebat: deque in rem verso. *Syn. Basil.* 18. *tit.* 2. *cap.* 17. 2 *l.* 1. *in fin. ff. de pecul.* §. 10. *Inst. de act.* 3 Tunc dominus ex contractu servi tenetur, quum specaliter quantitatem definierit, quæ vel servo, vel conductori sive colono, vel actori fundi (διοικητῇ τῆς αὐλῆς) mutuo dari debeat. Quippe non datur in eum actio, si per epistolam creditori servum tuum vel conductorem, vel actorem fundi commendavit. *Synopf. Basil.* 18. *tit.* 2. *cap.* 17. adde & que *ibi Scholiastes* annotavit. 4 Actio quod jussu, prætoria. 5 Dominus non obligatur per colonum in iis quæ non pendent ex mandato domini. 6 Commendatitiæ litteræ, in dubio non præsumuntur emissæ animo obligandi, sed commendandi tantum: de commendatione adde *l.* 43. *ff. de contrahend. emptione. l.* 11. §. *fi ita quis.* 2. *ff. de legat.* 3.

7 2. *Institi.* 9. & 3. *Inst.* 29. 8 Vide *l.* 11. §. 6. *ff. de pign. action. l.* 20. *in fin. ff. de acquirend. rer.* §. 5. *Inst. per quas personas cuique.* 9 Possessionis causa etiam dominium, ut ἄζω & post eum alii existimavit? An plus, hoc ostenditur, *nosse suam* possessionem solam nobis per liberam personam quæ sui juris sit, adquiri? ut Graeci hoc caput reddunt *apud aut Syn.* 16. *tit.* 9. *cap.* 12. 10 Paul. §. *sent.* 2. §. 1. 11 Si litigant ipsi pretentes, non æquum: competit enim utilis. An & directa? vid. Hotomm. 3. *obs.* 31. 12 Id est, de litis redintegratione pactus est. ὡς συμβάντος τοῦ πεφυκότος ἀνοῖξαι τοῦ τῶν τῆς πράγματος δικαζεσθαι. *Synopf. Basilic.* 18. *tit.* 2. *cap.* 18. 13 *l.* 1. §. 2. *ff. quando de peculio.* 14 Et est, directo, sine cessione. 15 *l.* 1. *J. supr. ne filius pro patre.* 16 *l.* 14. *ff.* §. 5. *ff. de verb. signif.* Goth. Confer *l.* 50. *ff. samal. trebia.* Ant.
17 *l.* 5. *C.* & 4. §. *b. t. l.* 7. *ff. quod cum eo.* 18 *l.* 1. §. 1. 2. *ff. quando de peculio.* 19 *l.* 1. *ff. b. t. l.* 1. *supr. ne filius pro patre.* 20 *l.* 14. *ff.* §. 5. *ff. de verb. signif.* Goth. Confer *l.* 50. *ff. samal. trebia.* Ant.
21 *l.* 1. *ff. de* 1. *l.* 1. *ff. quod cum eo.* 22 *l.* 1. §. 7. 8. *ff. de pecul.* §. 10. *Inst. de act.* 23 Dux tantum exstant Imperatoris Pertinacis constitutiones; quarum hæc una, altera in *l.* 1. *C. de necessar. serv.* In ff. vero aliarum constitutionum fit mentio, ut in *l.* 5. §. 2. & §. *fin. ff. de pure commodi. l.* 12. §. 2. *ff. de fideic. libert.* & §. *pen. Inst. quib. mod. testam. inform.* Ant. 24 Qui se fui juris affirmat, non juvatur Macedoniano *l.* 3. *l.* 19. *ff. b. t.* 25 De exceptione Macedoniani, v. Oldend. *c.* 39. *de except.* 26 *l.* 3. *ff. b. t.* 27 *l.* 4. *J. b. t.*
28 Senatusconsultum Macedonianum locum habet in mutuo filiisfamilias dato: igitur non in emptione per ees contracta: non denique si quid mercari, vel si pretium cum usuris stipulari promiserint: quidquid enim eo nomine promissum erit, recte ab iisdem petetur. *Syn. Basil.* & *ib. Theod. Scholiastes* 18. *tit.* 4. *c.* 16. 29 *l.* 3. §. 3. *ff. b. t.*
30 Adde *l.* 2. 3. *b. t. l.* 5. *verf. Sane si jussu. J. b. t.* 31 Ἐπεσθήσεται σπουδαιότατον, id est, liberalium studiorum. *Synopf. d. tit. c.* 13. *l.* 7. §. 13. *ff. b. t.* 32 *l.* 47. *in fin. ff. de fideiut.* 32 Et merito id recepturi; nec enim vento vivitur. vid. *l. ult. J. de aliend. liber. ac parent.* De expensis factis in eruditionem puerorum, vid. *l.* 16. *ff. de negot. gest.* 1. 2. 5 *adl. verf. Sed si. J.* 25. 29. 38. *ff. de res vindic. l.* 25. *ff. de pign. act.* Vide plenius quæ notavi ad *l.* 79. §. 1. *ff. de verb. signif.* Goth. Confer *l.* 50. *ff. samal. trebia.* Ant.
33 *l. c.* & 4. §. *b. t. l.* 7. *ff. quod cum eo.* 34 *l.* 1. §. 1. 2. *ff. quando de peculio.*
35 *l.* 1. *ff. b. t. l.* 1. *supr. ne filius pro patre.* 36 *l.* 14. *ff.* §. 5. *ff. de verb. signif.* 37 *l.* 7. §. 11. *ff. b. t.* Goth. Hæc est decima tertia ex 50. novis Justinian. *Ant.* 38 Testimonium paternum non potest nisi inique refpui. *disl l.* 7. §. *ult. J. de exerat. fur.* 39 Vid. *l.* 7. *in fin. ff. quod cum eo. l.* 1. §. 14. *ff. de vi & vi armat.*
40 Ratihabitio patris Macedonianum excludit. 41 Ratihabitio retro trahitur, *l.* 25. *in fin. J. de donat. inter vir. de* hac regula dixi; & aliis dicam. adde *l.* 16. §. 1. *ff. de peculiar. & legatorum. l.* 44. §. 1. *ff. de usurpat. & usucap. c. ratihabitionem. de reg. jur. in* 6.
42 In Macedoniano: *ut hic. & l.* 1. *in fin. l.* 2. *ff. b. t.* in testamento. *l. ult. J. de test. mil.*

abfimiles

absimiles videntur hominibus, qui sui juris sunt: & ex præsumptione [1] omnis miles [2] non creditur in aliud quicquam pecuniam accipere & expendere, nisi in causas castrenses. Dat. 12. Kal. August. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

## TIT. XXIX.

## AD SENATUSCONSULTUM VELLEJANUM [3].

*De solvente pro alio.*

1. Imp. ANTONINUS A. Lucillæ.

MUlieribus [quidem,] quæ alienam obligationem suscipiunt, vel in se transferunt, si id contrahentes [4] non ignorent, Senatusconsulto subvenitur: Sed si pro aliis, cum obligatæ non essent, pecuniam exolverint [5]: intercessione cessante, repetitio nulla est. PP. Non. Dec. GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

*De Principaliter debitrice.*

2. Idem A. Nepotianæ.

FRustra [6] Senatusconsulti exceptione, quod [7] de intercessionibus fœminarum factum est, uti tentasti: quoniam principaliter [8] ipsa debitrix fuisti: ejus enim Senatusconsulti exceptio tunc mulieri datur, cum principaliter ipsa nihil debet, sed pro alio debitore apud creditorem ejus intercessit. Sin autem pro creditore suo alii se obligaverit, vel ab eo se, vel debitorem suum delegari passa est; hujus Senatusconsulti auxilium non habet. PP. 3. Idib. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

*De matre intercedente pro filio.*

3. Idem A. Servato.

SI [9] cum ipse mutuam pecuniam acciperes, mater [10] tua contra amplissimi ordinis consultum, fidem suam interposuit: exceptione se tueri potest. PP. 3. Idib. Aug. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

*De obligatione, vel solutione pro alio.*

4. Imp. ALEXANDER A. Alexandræ.

SEnatusconsultum locum habet; sive eam obligationem, quæ in alterius persona constitit, mulier in se transtulit [11], vel participavit; sive, cum alius pecuniam acciperet, ipsa se ab initio ream constituit: quod in rerum earum [habitis] pro aliis obligationibus admissum est. † Sed si [12] prædia tua annis major vigintiquinque vendidisti [13], & pro [14] marito pecuniam solvisti [15]: deficit [16] auxilium Senatusconsulti. PP. 6. Kalend. Januar. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

*De marito res uxoris oppignorante.*

5. Idem A. Popilliæ.

SI sine voluntate tua res tuæ a marito tuo pignori datæ sunt, non tenentur. Quod si consensisti [17] obligationi, sciente [18] creditrice: auxilio Senatusconsulti uti potes. Quod si patientiam [19] præstitisti, [ut] quasi suas res maritus obligaret, decipere [20] voluisti mutuam pecuniam dantem, & ideo tibi non succurretur Senatusconsulto; quo infirmitati, non [21] calliditati mulierum consultum est. Dat. 15. Kalend. Julii, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

*De matre, quæ tutoribus filiorum promisit indemnitatem.*

6. Idem A. Torquato.

SI mater, cum filiorum suorum patrimonium gereret, tutoribus [22] eorum *securitatem* promiserit, & fidejussorem præstiterit, vel pignora dederit: quoniam quodammodo suum [23] negotium gessisse videtur, Senatusconsulti auxilio, neque ipsa [24], neque fidejussor ab ea præstitus, neque res ejus pignoratæ adjuvantur. §. 1. Sin autem tutore fe excusare volente, ipsa se interposuit [25] *indemnitatem* ei repromittens, auxilio Senatusconsulti uti minime prohibetur.

§. 2. Si vero tutores petiit, & sponte periculum suscepit: quominus teneatur, auctoritas [26] eam juris tuetur. PP. 6. Idus Octob. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

*Si maritus fundum uxoris obligaverit.*

7. Imp. GORD. A. Viviano.

SI sciens [27] creditor a marito propter [28] proprium debitum obligari fundum mulieris, licet ea consentiente [29] eum pignori acceperit: propter Senatusconsulti auxilium vendendo eum, dominium [30] mulieri auferre nequivit: nec tibi necesse est, (præstito [31] pretio emptori) vindicare, si matri heres extitisti. PP. 12. Kal. Octob. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

*Si paternam obligationem filii & filiæ in se receperunt.*

8. Idem A. Triphoni.

SI [32] paternam obligationem non tantum masculini sexus [filii] verum etiam filiæ emancipatæ in se receperunt: quamvis filiæ virilibus [33] obligationibus eximantur, propter exceptionem, quæ ex Senatusconsulto Vellejano descendit; tamen [34] filios in id quod se obligaverunt, teneri, filiarumque subducta persona patrem in id convenirі posse, in quo conveniretur, si filiæ non intercessissent, dubium non est. Pignora tamen patris etsi in posteriore [35] obligatione accepta sunt: fine [36] dubio tenentur. Sed & si in priore fuerint obligationes, quatenus ad patrem per restitutoriam [37] actionem redit, eatenus tenebuntur. PP. Non. Octob. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

*De Solutione facta ab ignorante beneficium SC.*

9. Idem A. Proculo.

QUamvis mulier pro alio solvere [38] possit, tamen, si præcedente [39] obligatione, quam Senatusconsultum [40] de intercessionibus efficacem [41] esse non sinit, solutionem fecerit, ejus Senatusconsulti beneficio munitam se ignorans; locum habet repetitio. PP. Nonis Julii, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

*De Conductione.*

10. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Triphonæ.

SI adversarius tuus non cum marito tuo, sed tecum [42] negotium gessit: reliqua conductionis, quæ dicis esse contracta, obtentu hujusmodi obligationum non potes recusare. Enimvero si cum eosdem fundos non tibi, sed marito [43] tuo locaret, personam tuam ut idoneam secutus est: beneficio amplissimi ordinis, quod factum est de intercessionibus fœminarum, te tueri potes. PP. 18. Kal. Septemb. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

*De jure hypothecario, seu pignoris remissione.*

11. Idem A. Heboræ.

ETiam constante matrimonio jus hypothecarum, seu pignorum [44] marito [45] remitti posse, explorati juris est. PP. 8. Kal. Octob. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

*De Matre res suas obligante pro dote filiæ.*

12. Impp. VALERIANUS & GALLIEN. AA. Sepidutæ.

SI dotare [46] filiam volens, genero res tuas obligasti, pertinere ad te beneficium Senatusconsulti falso putas. Hanc enim causam ab eo beneficio esse removendam prudentes viri putaverunt. PP. 9. Kal. Martii, TUSCO & BASSO CONSS. 259.

*De fœnore.*

13. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Condianæ.

SI fœnebris pecunia juxta fidem veri [47] a creditore tibi data est: five tota quantitas fœnoris, five pars ejus in usum mariti processisse proponatur, decreto patrum non adjuvaris: licet [48] creditor causam contractus non ignoraverit. Dat. 3. Kal. Sept. ipsis AA. CONSS.

1 Non absimilis præsumptio est in *l. 22. §. ad SC. Velleian.* 2 Hinc colligunt, Maritum præsumi mutuum accipere in rem, utilitatem, commodum, & augmentum societatis seu communionis. Molinæus *de usur. quæst.* 38. *n.* 291. 292.

3 *Lib.* 16. *D.* 1. & 2. Paul. *sentent.* 11. & 1. Harmen. 13. Oldendorp. *cap.* 48. *de except.* Papon. 12. *Arrest.* 5. Moribus Galliæ, mulier potest pro marito mutuum accipere, vel aliter se obligare, cum ejus autoritate, etiam heredia sua antiqua hypothecæ subjicere. Num inde Velleianum in Gallia defuetum? dixeris: Molinæus negat: fed id in Galliis receptum ideo est, quod inter virum & uxorem plerumque omnium bonorum communio fit. Hinc præsumi maritum obligari, & mutuum accipere in communis fortunis augmentum. Aliud fore, si inter eos communio pactis quibusdam matrimonialibus, vel dotalibus non fuerit, vel si jam facta bonorum separatio fit; vel si mulier obligari pro tertio voluerit; vel si pro viro intercesserit non societatis causa, sed in rem mariti eorumve qui maritio sunt conjuncti, vel in aleam profusura. Velleiano mulier etiam non juvatur, si mutuum maritus accepeit pro negotio uxoris gerendo, verbi gratia, pro ejus heredibus exonerandis, vel a commisso liberandis, & similibus. Et ita Velleianum retineri servarique in Gallia *Molin.* cenlet. quem vid. *tractatu de usur. quæst.* 38. *num.* 292. adde Papon. 12. *Arrest.* 9. *num.* 4. Goth. De Exceptionibus Senat. Velleian. vid. Joann. Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 11. Anf. 4 Id est, qui contrahunt cum muliere. 5 Mulier solvens non juvatur Velleiano. *l. 4. in fin.* J. *h. t.* l. 4. 5. *l.* 8. 5. *ff. h. t.* 6 1. Harm. 13. §. 13. 7 Velleianum pertinet ad intercessiones mulierum. *l.* 2. §. 1. *l.* 29. *ff. h. t.* Mulier pro alio intercedens juvatur Velleiano. 8 Muller in rem suam obligata, non juvatur Velleiano. *l.* 6. *l.* 10. 13. *infr. h. t. l.* 4. 11. 17. 24. 27. *ff. h. t.* In rem suam obligata est αὐτοτυπως principaliter, id est cum primaria est debitrix, neque alterius nomine in se obligationem suscepit. Alterius porro nomine non obligatur, quæ pro suo creditore se ali obligavit: ejusque nomine se vel debitorem suum delegari pattur. Harmen. *diff.* 3. 13.

9 Etiam cum pro filio mulier fidejubet, exceptione Senatusconsulti Velleiani uti potest. *Syn. Basil.* 7. *tit.* 19. *ex lib.* 26. *tit.* 7. *cap.* 67. 1. Harmen. 13. §. 32. 10 Mater pro filio quoque fidejubens, Velleiano utitur, *ut hic.* nisi mitris suffa mutuum filio dantum fit. vid. *Arrest.* apud Papon. *d. loc. num.* 3. *in fin.* 11 *l.* 14. J. *h. t. l.* 1. *ff. h. t.*

12 Vid. Papon. *d. loc. n.* 4. *iti*, *Quinto. le pareil feroit: & ibi, Octavo. femme comme peut vendre son immeuble pour la dotte de son marit.* 13 Quid si fe, fuasve res obligavit pro marito: ut eum carcere custodiave publica redimeret? Papon. *ibi n.* 8. refert, mulieri Velleiano consultum. Plus est: igitur vendidisse & solvisse, quam se obligasse. Contragentum dederit, ut e custodia virum liberaret, obliterati, neque et subveniri, quamvis cauferur fe intercessisse, vel in patris potestate fuisse. Hæc eo sententia defenditur: quod eam ob causam mulier dotem alienare possit. *l. fed & ff.* 21. *ff. solut. matrim.* prisque facultatibus maritum obligatione liberare studuerit, si quidem pollicita non solverit, ne solvere quidem cogetur: quod si solverit, solutum concidere non poterit: præsertim si absolutæ legitimæque sit ætatis. 1. Harm. 13. §. 17. 15 *l. 1. supr. h. t.*

16 Imo non deficit. *l.* 32. §. 2. *ff. h. t.* solve: mulier ibi solicitavit emptores, non hic. addit Papon. *d. loc. n.* 2. *ibi*, *Femme qui est occasion du prest n'a l'exception du Velleien; & num.* 3. *ibi*, *Femme ayant prêté le argentier de prester, n'a l'exception du Velleien.* Potest etiam hæc lex referri ad mulierem, quæ fundum tanquam fucos in ufus venalidit. 17 *l.* 7. *infr. h. t. l.* 8. *ff. h. t.* 18 Non ignorante res esse mulieris quæ pignori dabantur. *l.* 8. §. 8. *ff. h. t.* 19 Res invitæ uxoris pignorari non possunt. *supr. ibi, si sine voluntate:* nec volentis. *ibi*, *si consensisti.* 20 Mulier decipiens non juvatur Velleiano. vid. *l.* 18. *infr. h. t.* 21 Calliditati mulierum non succurritur, sed infirmitati. vid Papon. *d. loc. n.* 11. 22 *l.* 8. §. 1. *ff. h. t.* 23 Muller sum negotium gerens non juvatur Velleiano. vid. *l.* 2. *supr. h. t.* Suum gerit negotium, cum res alterius administrat, veluti, si res liberorum gerat, & eorum tutoribus fenerantem promittat, & fidejubendem det. 24 Mulier cum effectu, id est, utilitate & cum fuo commodo obligata, fidejussorem, rseque eius rede obligat. 25 Aliud est matrem filiorum tutoribus excusare se tutela volentibus indemnitatem promittere, *ut hic.* aliud ipsorum pupillorum negotia administrare, & eorum tutoribus fecuritatem promittere, *supr. h. t.* Priore casu, mulier Velleiano juvatur: altero non juvatur. Hinc colligie, corrigendum esse 6. 2. apud Paul. 2. *sentent.* 11. 26 Auctoritate juris tenetur. Cujac. ad *l.* 17. *ff. de injuß. rupto irrito.* ut verbum, *tuetur*, accipiatur passive. 27 Et ita male fidei. 28 Ratio decidendi. 29 *l.* 8. §. 8. *ff. h. t.*

30 Ex inutili alienatione, dominium non transfertur. 31 Emptori rem alienam ficienti pretium non restituitur. 32 *l.* 8. *infr. de fidejussor.* 33 Inter eos qui nominatim obligantur, dividitur in viriles partes obligatio. 34 Quoties mulieris & fœminæ permixtim obligantur, obligatio pro parte fœminarum non valet. Et ita contrahus interdum pro parte tantum tenet. 35 Novante. 36 Dubium ex eo nascitur, quod in obligatione posteriore ac novante pignus datum reperiatur pro accedente obligatione inutili. Quæ igitur ratio decidendi est? Hujusmodi pignus agit ad caution quam ad tiuluim obligationis referendum esse. 37 Restitoriam, id est, *l. 16. infr. h. t.* 38 Mulier pro alio solvens, non juvatur, *ut hic.* quemadmodum & fi donat. *l.* 4. *in fin. ff. h. t.* 39 Id est, ob præcedentem obligationem. *l.* 8. §. 2. *ff. h. t.* 40 *l.* 2. *supr. h. t.* 41 Solvens ob non efficacem obligationem mulier, juvatur Velleiano. 42 Si contrahitur principaliter cum muliere, negotium ad eam spectat, ideoque non juvatur. 43 Mulier conducens prædia, obligatur: pro marito conducere fidejubens, non obligatur. 44 Quod mulieri competit in rebus mariti. *l.* 8. *in princ. ff. h. t. l.* 11. *ff. quibus mod. pign. l.* 8. *princ. ff. de res uxor. act.* 45 Mulier potest remittere marito jus hypothecæ. Hoc aliud est quam fidejubendo. 46 Mater se obligans pro dote filiæ, non juvatur Velleiano. Dotis favor Velleianum excludit. *l. ult. infr. h. t. l.* 41. *ff. de jure dot.* Mulier dotem policita non juvatur Velleiano, fed eam præstare cogitur. 11. Harmen. 13. §. 21. & 22. *Synopf. Basil. h. tit.* 36. *ex lib.* 26. *tit.* 7. *cap.* 87. 47 Aliud fi conluforie, id est, non obligatam fibi mulierem fore spondendo ziebat, mutuum dando eam obligaret. *l.* 11. *l.* 29. *ff. h. t.* vid. Papon. 12. *Arrest.* 5. *num.* 4. *ibi*, *Septieme.* 48 Vid. Molinæum *de usur. quæst.* 30. *num.* 293. & *l.* 19. 9. 5. *ff. h. t.*





*De muliere & ejus fidejussore.*

14. Iidem AA. & CC. Basilissæ.

MUlierem contra Senatusconsulti Vellejani auctoritatem non posse intercedere, eademque exceptione fidejussorem [1] ejus uti posse juris auctoritas probat. Unde si mater tua marito quondam suo heres non extitit, satis idoneæ exceptionis remedio tuta est. PP. 8. Kal. April. *Byzantii*, CC. CONSS.

*De eo, qui mandato mulieris promisit.*

15. Iidem AA. & CC. Agrippino.

SI uxor pro marito contra Senatusconsultum intercessura, te rogavit [2] mandatario nomine, ut pro ea tuam fidem obstringeres: initio contractus per exceptionis auxilium obligationi tuæ adhæsit securitas, qua conventus defendi potes. PP. 18. Kal. Junii, *Sirmii*, CC. CONSS.

*De novatione.*

16. Iidem AA. & CC. Rufino.

SI mulier alienam suscepit obligationem: cum ei per exceptionem Vellejani Senatusconsulti succurratur, creditori contra priores [3] debitores rescisoria actio datur. PP. 17. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

*De simulate gestis.*

17. Iidem AA. & CC. Alexandro & aliis.

SI cum pater vester a Callistrato mutuam sumpsisset pecuniam, velut [4] hanc ejus uxor accepisset, instrumentum conscriptum est: nec ad exceptionis tractatum ex Senatusconsulto venientem pervenire necesse est: cum eam veritatis [5] substantia constituta potius quam simulata gesta tueatur. 3. Idus Martii, CC. CONSS.

*De muliere decipiente.*

18. Iidem AA. & CC. Zotico.

FOeminis alienas [vel] veteres [6], vel novas obligationes aliqua ratione suscipientibus subveniur: nisi creditor aliqua ratione per mulierem deceptus [7] sit: nam tunc replicatione doli, Senatusconsulti exceptionem removeri, constitutum est. Dat. 5. Id. Nov. *Antiochiæ*, CC. CONSS.

*De obligatione, quæ ex persona mulieris initium sumpsit.*

19. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

CUm ad eas etiam obligationes, quæ ex mulieris persona calliditate [8] creditoris sumpserunt primordium, decretum patrum, quod de intercessione fœminarum factum est, pertinere Edicto perpetuo declaratur: Si [tamen] creditor, qui contrahere cum alio proposuerat, mulieris [9] personam elegit: exceptione contra petitores [10] secundum ea quæ asseveras, defendi potes. Dat. 18. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

*De heredibus.*

20. Iidem AA. & CC. Theodotiano.

HEredes quoque mulieris adversus creditores [eadem] exceptione, quæ ex Senatusconsulto introducta est, uti posse dubium non est. Dat. 9. Kal. Jan. ipsis CC. CONSS.

*De jure hypothecarum remisso.*

21. Imp. ANASTASIUS A. Celeri Magistro officiorum.

JUbemus [11], licere mulieribus & pro uno contractu, vel certis contractibus, seu, pro una vel certis personis seu rebus juri hypothecarum sibi competenti per consensum proprium renunciare [12]: quodque ita gestum sit, hac auctoritate nostra firmum illibatumque custodiri; ita tamen ut [&] si generaliter [13] tali renunciatione pro uno (ut dictum est) contractu, seu certis contractibus, vel ad unam, vel ad certas res, seu personas consensum proprium accommodantes ufæ sunt, vel fuerint: eadem renunciatio ad [14] illos contractus, & illas res seu personas, quibus consensum [suum] proprium accommodaverunt, vel accommodaverint, coarctetur, nec aliis quibusdam contractibus, quibus minime mulieres consenserunt, vel consenferint, prætendentibus eam, opponendi licentia præbeatur. His scilicet omnibus, quæ in

1 Velleiani exceptione fidejussor juvatur. *l.* 6. *l.* 30. *in fin. ff. h. t.* nisi succesferit Principali. 2 Mulier mandans fidejuberi, non tenetur ex mandato. Quid qui promisit? ne is quidem tenetur. *ut hic.* 3 Adde *l.* 8. §. 2. *ff. h. t.* 4 Si nomen uxoris simulate intermisso instrumento pro marito nomine fuerit, obligatio ipso jure nulla est, simulationis gratia, ideoque locus non est Velleiano, fed nullitati. 5 Vide *l.* 1. §. *plus valere quod agitur.* 6 *l.* 2. 8. 4. *ff. h. t.* 7 *l.* 5. §. 8. *h. t. l.* 2. 6. §. 1. 2. 3. *l.* 30. *ff. h. t. l.* 11. J. *de obligat. pign. l.* 110. *in fin. ff. de reg. jur.* 8 Adversus calliditatem creditoris, mulieri subvenitur. 9 *l.* 8. §. 14. *l.* 12. *l.* 28. *in fin. l.* 29. *ff. h. t.* 10 Petitorem.

11 Hujus legis fit mentio in lege unica. §. 16. *vers. licet enim.* J. *de res uxoria.* 12 Renunciare Velleiano mulier potest. *l.* 11. *h. t. l.* 23. §. 2. J. *h. t. l.* 32. §. 4. *ff. h. t.* 13 Renunciari generaliter potest Velleiano a muliere, fuerit tamen melius vim & naturam Velleiani mulieri a notario iudicari. vid. Papon. 12. *Arrest.* 5. *num.* 1. *ibi*, *Renonciation au Velleien sans declaration suffit.* 14 Renunciatio generalis non extenditur ad extraneas personas: atque ita, filia renuncians paternæ successioni, non censetur renunciare fraternis hereditatibus: videlicet, ut ne vis & effectus renunciationis unius, & quidem odiosiæ ad alium casum extendatur, quam qui expressus fit. *arg. l. si domum.* 21. *ff. de servit. prad. urban. l. huiusm.* 13. J *de pact. deliber. l.* 1. §. *sed videndum.* 11. *ff. de successorio edicto. l. si ita testatus.* 126. §. *Corsigenus.* 3. *ff. de verb. obligat. l. ad probationem servitutis.* 22. J. *de probat.* Capella Tholozana *decis.* 45. Ludovicus Romanus *consilio* 168.

15 Lex ad præteritos casus referri potest, si legislator expressim hoc voluerit. 16 Et ita lex ad imperfecta negotia tacite refertur. 17 Vide Rip. *ad l.* 3. *n.* 103. *cum sup. ff. solut. matr.* Bal. Novel. *in tract. de dote in* 7. *part. princ. previl.* 1. Abb. *ad c. pervenit. extr. de except.* & *vendit.* Afflict. *decis.* 3. 111. & *decis.* 349. *n.* 4. Rim. *Instit. quib. alien. licet vel non. in princ. n.* 88. & 222. Cephal. *cons.* 51. *n.* 26. *vol.* 1. Mod.

18 Res immobilis denata propter nuptias, alienari non potest, neque obligari, etiam muliere consentiente, nil Sc. J. *h. t. ibi, nisi* &c. Goth. Vide omnino Rittershus. *in exposit. Nov. part.* 2. *cap.* 4. & *part.* 1. *cap.* 9. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 66. Anf. 19 Dicam ad l. 22. *in fin.* J. *h. t.* 20 Argumentum a minori ad majus observa; & fic a donatione propter nuptias ad dotem. Donatio propter nuptias privilegiata, multo magis & dos. Quidam hoc verba referunt ad alienationem dotis; quasi nullo jure possit dos alienari, & male. *Novell.* 61. *cap.* 1. Hoc tantum lex demonstrat, majorem esse causam prohibendæ alienationis dotis, quam propter nuptias donationis: Alias, difficrunt in privilegio dos, & donatio propter nuptias. vide Cujac. *ad Novell.* 61. *in fin.* 21 Secunda interceffio mulieris, post biennium facta (pro extraneo scil. *Authentica, si qua mulier.* J. 6. 1.) autem mulieri beneficium Velleiani. *Novell.* 61. *c.* 1. §. 2. *Novell.* 134. *cap.* 8. adde Papon. 12. *Arrest.* 5. *num.* 7. *ibi*, *le Velleien n'a lieu contre reflonsie geminée.* Excipe *authent. præsiamus* J. *h. t.* 22 Error committenti imputatur. 23 Hæc præsumptio juris est & de jure, contra quam non admittitur exceptio. *l. ult.* J. *ad SC. Macedon. l. ult.* J. *arbit. test. l.* 15. §. 3. *ff. de re jud.* 24 Dixi J. *h. t.* Geminatus actus evidentem consensum



præsenti per hanc consultissimam legem statuimus, ad præteritos [15] nihilominus contractus pro negotiis & controversiis, necdum [16] transactionibus, vel definitivis sententiis, seu alio legitimo modo sopitis, locum habituris. Dat. Kal. April. ANATOLIO & AGAPITO CONSS. 508.

*De donatione propter nuptias. 1. De dote.*

In AUTHENT. ut immobilia ante nuptial. donat. §. Si quis igitur. coll. 5. tit. 16. al. 14. Novell. 61. cap. 1.

SIve a me, *sive ab alio pro me fiat donatio* [17] *propter nuptias: quod ea ex causa est immobile, neque* [18] *alienare valeo neque obligare: In hoc ergo contractu mulieris consensus nihil proficit, quo minus demus mulieri in rem actionem in sponsalitia largitate soluto matrimonio: nisi & secundo* [19] *post biennium profiteatur, & aliæ res viro sint, ex quibus ei consuli possit. Absque his enim neque si frequenter consentiat, laedetur: vir tamen obligabitur in aliis rebus suis hujus obligationis seu alienationis occasione: quæ, quantum ad mulierem, pro non dicta, & pro non scripta habetur.* §. 1. *Et multo* [20] *magis idem in dotibus locum habet, ut non aliquid immobile pro ea alienetur, vel obligetur: omnibus tamen privilegiis doti datis, in sua firmitate duranibus, sive agat mulier, sive nomine ejus alius.*

*De secunda intercessione.*

22. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

SI mulier perfectæ ætatis [constituta,] post intercessionem, vel cautionem conscripserit, vel pignus, aut intercessorem præstiterit: sancimus, antiqua legum varietate cessante, si quidem intra biennale juge tempus post priorem cautionem numerandum, pro [21] eadem causa fecerit cautionem, vel pignus aut intercessorem dederit: nihil sibi præjudicare, quod adhuc ex consequentia suæ fragilitatis in secundam jacturam inciderit. Sin autem post biennium hæc fecerit: sibi [22] imputet, si, quod sæpius cogitare poterat & evitare, non fecit, sed ultro firmavit: videtur [23] etenim ex hujusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causa aliquid agere, & tam ex secunda [24] cautione sese obnoxiam facere, [in quantum hoc fecit] quam pignus aut intercessorem utiliter dare.

*De muliere, quæ proprio viro consensit.*

In AUTHENT. ut nulli jud. lic. hab. loci servat. §. & illud. coll. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 8.

SI [25] *qua mulier crediti instrumento consentiat proprio* [26] *viro, aut scribat, & proprium substantiam, aut seipsam obligatam faciat, jubemus, hoc nullatenus valere, sive semel, sive* [27] *multoties hujusmodi aliquid pro eadem re fiat: sive privatum, sive publicum sit debitum: sed ita esse, ac si neque factum quicquam, neque scriptum esset: nisi* [28] *manifeste probetur* [29], *quod pecuniæ in propriam ipsius mulieris utilitatem expensæ sint.*

*Si mulier aliquid accepisse dicatur, ut intercederet.*

23. Idem A. Juliano P. P.

ANtiquæ jurisdictionis retia, & difficillimos nodos resolventes, & supervacuas distinctiones exulare cupientes, sancimus, mulierem, si intercesserit, sive ab initio, sive postea aliquid [30] accipiens, ut sese interponat: omnimodo teneri, & non posse Senatusconsulti Vellejani uti auxilio: sive sine scriptis, sive per scripturam sese interposuerit. Sed si quidem in ipso instrumento intercessionis dixerit *sese aliquid accepisse, & sic ad intercessionem venisse*, & hoc instrumentum publice [31] confectum inveniatur, & [32] a tribus [33] testibus confignatum: omnimodo [34] esse credendum, eam pecunias, vel res accepisse, & non esse ei ad Senatusconsulti Vellejani auxilium regressum. † Sin autem sine scriptis intercesserit, vel instrumento non sic confecto, tunc, si possit stipulator ostendere [35] eam accepisse pecunias, vel res, & sic [36] subisse obligationem; repelli eam a SC. juvamine. † Sin vero hoc minime fuerit ab eo approbatum: tunc mulieri supersesse auxilium, & antiquam actionem adversus eum servari, pro quo mulier intercessit, vel ei actionem parari. §. 1. Sed si minus idoneæ mulieri constitutæ aliquis pecunias, vel res dederit, ut pro eo sese obligaret: mulieri quidem, quæ revera hæc accepit, nullus pateat aditus ad Senatusconsulti auctoritatem, creditori autem

inducit. 25 Hæc authentica notarite est frequentissima in usu. Est vero sententia hæc: Mulierem pro marito, vel sæpius intercedentem, non obligari: pro extraneo obligari, fi primum obligationem post biennium confirmaverit. adde *l.* 21. *l.* 22. *supr. h. t.* Aliud est in causa extranei. *l.* 22. *supr. h. t.* 27 Aliud est in causis extraneis. 28 Nota exceptionem, quæ locis in illis fallit, in quibus mulier communionem bonorum cum marito suo habet: tunc enim si quid uxor cum marito accepeit, præsumitur in rem suam versisse, aut saltem vertere debuisse. Hujusmodi vehementi præsumptione munitus creditor potest utiliter mulieri credere: indique vero cum decipere mulier non debet. Quid si mulier vel uxor sponionem suam jurejurando firmavit? *e ex rescripto. 9. de pursur.* mulier intercessit: se jurata pro aliquo facta, non juvatur Velleiano, licuti neo minor auditur, si juraverit. *Auth. sacramenta puberum.* J. *si adversus vend.* aliud tamen receptum apud Gallos. Papon. 9. *Arrest.* 6. *n.* 23. & 12. *Arrest.* 5. *num.* 5. *ibi*, *Velleien revocable, non obstant le serment.* quod tamen refero ad uxores ætate minores, ut solas adversus juramentum restituantur. 29 Mulier intercedens cum marito vel extraneo, non præsumitur fieri locupletior. Præsumitur pro marito, & extraneo potius intercedere quam suo nomine. Quod ad maritum attinet, ceffat ea præsumptio in iis locis & contractibus, in quibus uxor communionem bonorum habet cum marito: tunc enim vel folus maritus mutuum accipiens obligat uxorem in communibus bonis, & in eorum utilitatem pervenit mutuum accipere, multo magis valebit ea præsumptio, cum ipsa uxor nutuum accipit. An & in aliis bonis uxorem fiant maritum obligabit? non obligabit mulierem fi folus contraxit obligabit, fi cum ea contraxit, merito. Potest enim mulier mutuum accipere & obligari in solidum, ad ea bona conservanda, quæ cum marito communia habet. Hujusmodi bona uxoris dici possunt. Nam quod est commune, nostrum dicere merito possumus. His cafibus æquum est mulierem in solidum obligari posse, rei communis servandæ causa. vid. Molineum *de usur. quæst.* 38. *num.* 291. licet ea inivita & ignorante mariturs communionis dominus cenfeatur, resque communes in solidum alienare possit contra societatem vulgarium naturam. *l.* 68. *ff. pro socio.* quod tamen Parisienfi confuetudine receptum est. 30 Sensus est, Mulierem mercede accepta nec gratis fidejubentem Velleiano non juvari. *l.* 6. §. 7. *ff. mandati.* Goth. Vide Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 133. ubi hanc leg. in muliere que pro extraneo intercedit tantum, obtinere vult, fecus si pro marito. Adde Joann. a Sande, *decis. Frisicis. l.* 3. *tit.* 11. *defin.* 5. Anf. 31 Instrumento publice confecto creditur. 32 *Vel a tribus &c. & mnie* §. 5. *infr.* Nam instrumentum publicum quod ad hanc causam specialiter attinet, requirit subfignationem trium testium: verum hæc solennitas in Gallia non servatur. vid. Bugnionem *in legibus abrogatis.* 33 Instrumento a tribus testibus subfignato creditur. adde *l. scripturae.* 11. J. *qui potiores.* 34 Probatio contra præsumptionem juris, & de jure non admittitur: vid. tamen Socinum *reg.* 314. 35 Aliis legitimis probationibus. 36 Id est, non gratis, fed pretio accepto. Pecunia accepta fidejubens mulier, Velleiano non juvatur: quæ tamen gratis fidejubens, juvatur.